

fieri poterit per illum modum qui determinabitur obseruandum in faciendo expensas dicti portus absque onere nostri communis. Non sinceri 2. — de non 12 — alij de parte. 15

43

Ἀποθανόντος τοῦ ἀμμιραλίου Χανίων ἀπεφασίσθη, ὅπως ὁ ἐκλεγυσόμενος διάδοχος εἶναι ἄμισθος καὶ λαμβάνει μόνον τὰ δῶρα. Ἐκ τούτου ἐπέρχεται οἰκονομία 120 ὑπερπύρων, ὅσος εἶναι ὁ μισθός του. 1371, Ἀπριλίου 18.

F^o 102^{to}

Millesimo trecentesimo LXXI, die XVIII Aprilis.

1

Capta. Cum habeatur per litteras nobilis uiri ser Marci Justiniano rectoris Canee, quod admiratus dicti loci nuper diem extremum clausit uite sue et quod admiraria deinde habet parum agere cum deinde non sint nauigia, lignamen, sartia nec alique alie res pro communi et quod deinde reperiretur bene persona sufficiens ad faciendum omnia que admiratus facere tenetur, que sunt solum curare nauigia euncia et redeuncia sine salario aliquo et sine aliquo onere nostri communis habendo solum regalias quas dictus admiratus contra solitus est habere; uadit pars consideratis hijs que scribit rector predictus ut commune nostrum aleuietur ab expensis salarij predicti quod erat yperpera CXX quod fiat iuxta consilium rectoris. Et scribatur eidem quod in hoc faciat sicut et melius uidebitur superinde tenendo modum, quod commune nichil soluat pro hoc ut superius dictum est. Non sinceri 2—de non—alij de parte. 13

44

Ἐπὶ ἀνταλλαγῆς τιμαρίων, ἐξ ὧν ἐν τούτων ἐδημεύθη, διότι ὁ τιμαριοῦχος εἶχεν ἀναμιχθῆ εἰς τὴν ἐπανάστασιν, ἡδικήθη δὲ ἐκ τούτου ὁ ἕτερος ἀνταλάσων τιμαριοῦχος. Διετάχθη ἡ ἐπανόρθωσις ὑπὲρ τοῦ ἀδικηθέντος. 1371, Ἀπριλίου 27.

F^o 103^{to}

Millesimo trecentesimo LXXI, die XXVII Aprilis.

1

Capta in rogatis et additione. Cum nobilis uir ser Petrus Cornario ducha Crete et eius consiliarij scripserint domino qualiter coram eis comparuerit nobilis uir Gulielmus Quirino ciuis noster procuratorijs nominibus ser Bartholomei Quirino fratris sui et commissarij quondam ser Romei Quirino quondam fratris sui ac etiam nomine suo proprio dicens quod uir nobilis Petrus Quirino quondam habitator Candide per suum testamentum dimisit dictis fratribus chauallarias duas et seruentarias duas cum dimidia positas in insula nostra Crete, que feuda nomine ipsorum fratrum tenebatur et possidebatur jure dicti legati. In ipsis autem feudis erat seruentaria una de Tacla et Romeo nominata specificie in legato predicto, quam dictus quondam Petrus Quirino acquisiuit et habuit per cambium seu permutationem factam cum Bartholomeo de Grimaldo, quam quidem seruentariam dictus quondam Petrus tenuit et possedit. Et simili modo dicti fratres illam tene-

